

I Legumi: Semi Nutrienti per un Futuro Sostenibile



2 dicembre 2016

Leguminose ed etnobotanica

Paolo Tomei

Dipartimento di Scienze Agrarie, Alimentari e Agro-ambientali

Università di Pisa - ITALIA

























Anthyllis vulneraria, *Ceratonia siliqua*, *Cercis siliquastrum*,
Cicer arietinum, *Cytisus scoparius*, *Galega officinalis*,
Hedysarum coronarium, *Laburnum anagyroides*, *Lathyrus*
sativus, *L. latifolius*, *Lens culinaris*, *Lotus corniculatus*,
Lupinus albus, *Medicago sativa*, *Melilotus officinalis*,
Onobrichis viciifolia, *Opononis spinosa*, *Phaseolus*
vulgaris, *Pisum sativum*, *Psoralea bituminosa*, *Robinia*
pseudo-acacia, *Scorpiurus muricatus*, *Spartium junceum*,
Trifolium arvense, *T. pratense*, *Ulex europaeus*, *Vicia*
ervilia, *V. sativa*, *V. sepium*, *Wisteria sinensis*.



INSPICI



PHYTOGNOMONICA
IO. BAPTISTAE
PORTAE NEAP.
OCTO LIBRIS CONTENTA.

IN QVIBVS NOVA, FACILLIMAQVE
affertur methodus, qua plantarum, anima-
lium, metallorū, rerum deniq; omnīū
ex prima eximia faciei inspectio-
ne quis abditas vires
atsequatur.

ACCEDUNT AD HABC CONFIRMATA
quāda infinita propemodū feliciora scilicet
in summo labore, temporis dispendio,
& impensum taliter a vestro
gato, explorataq;

CVM PRIVILEGIO.
NEAPOLI, Apud Horatium Saluanum. 1588.





Smyrnum sylvestre umbelliferum: ex eodem ad alopecia capillo replendam ingeritur. Sic ammoniacum, sagapenum, & opoponacum umbellifera ferula, ex eodem in hyera Logodion ad idem propinantur. Cereus succus alopecie afficitur, quia celeriter pilos auocat, sic & allium. Statuminosi flores idem demonstrant, scilicet quibus intus capillacea stamina insunt. Myrti flores vt intus stamina continent, sic & capillos augent. Olea myrteos flores afferit: ad eadem prestans. Martagon defluentes capillos replicat, & lilium, ex Plinio, & nymphae lilieo flore, laurus & hypericon. Sunt in croco flammea stamina, in capilli exilitatem efformata, quae detracta è medio flore, capillis conferunt. Insunt & duriori thymo capreoli, cincinnati, quasi crines, epythimum dicti, & capreolorum modo thymi comas inuoluunt, & veluti capillitio quodam exornant: glabrum ea pur copiosis crinibus comant, ex Auicenna. Villosissima animalia hirsuta pilo crispo, denso, spinoso, vel quae spinas capillorum vice gerant, demonstrant, quod maximè praestant opem ad capillos generandos. Animalia villosissima frigidissimis locis inhabitant, vt villis frigoribus tueantur. Villosissimus animalis lepus, soli enim in bucca & sub pedibus pili ex Aristotele, & Plinio: Ex leporino crure, vel lana exuta, ex Dioscoride fit medicamentum ad alopecia. Vrsi pellis villosissima, & Numidicis prolixiores pili, ex Solino: eius adeps alopecis subuenit, ex Dioscoride, & Auicenna. Suum pili crassiores, quae bouum, & elephatorum: nec hybernum amittere solent, vt ceterae quadrupedes: eius axungia fluenti capillo fert opem, ex Plinio & Aegineta. Vulpi pellis villosa, in Germania villosior: cuius caput vsum, & in unctum alopecia emendabitur. Erinacens & histrix aculos,

OCYLA RIVM florum speciem delineationes peculiaris haec tabella exhibet, quae hoc capite post affertur: primam sedem à dextris sibi vindicat asteris acti-
ca planta, secundam pardalianchis aconiti, subsequens aconiti,
postremam autem videtur. In calce in presertim, & in
obliqua oculos expressimus.



Aconitum pardalianchis oculorum medicamentis lenandi doloris gratia adicitur: florem in medio bullatum habet, circumradiantibus foliolis. Helenii pro floribus oculorum habet, vt anthemis: vinum ex helenii radicibus paratum, mane visum acuit. Seris pluribus foliolis, velut radiolis concinnatis, florem oculum effigiantem profert: oculorum inflammationi auxilio est. Abrotonum foemina floribus referta, comantibus in summo auri fulgore corymbis, & oculorum inflammationibus comode illinitur. Anemones: refert florem papaueris, in medio capitula nigra: medetur oculorum inflammationibus, cataractibus, & hebetudinibus. Papaueris flos similis, & virtutis. Argemone, vt anemone, flos conformato, ex ea curatur argema, & nubecula. Scabiosa flores profert, quibus defluentibus, capitulum remittit, rotundis oculis refertum, raro Natura artificio: oculorum albugines tollit. Iridis flos oculorum colores refert, membranam *Xanthos* dicunt: cit lachrymas. Acaciae semen lupino simile, siue chrisalloidi oculi: succus oculorum medicamentis valet, & proidentes reprimat. Nunc ad animalia nosse se conuertat sermo, num aliquod in signe in oculis habeant, quo admoncamur à Natura ad praecleara aliqua oculorum medicamenta: Chamleonti oculi in recessu caui, & praegrandes, & maio

ΠΥΛΟΣ à maxilla dentes subiecta oculis subiecta exprimit, à dextris è dentarij species
 nam defrenamus, putantes ad dentium similitudinem efficiendam suffecturam,
 à sinistris pitarum conum & spumaceum, ut è suis loculis iacentes, &
 exempti pyrides, siue pineoli, & in medio mali punice cor-
 ticis, & membrum illam disseccimus, ut acinis
 eosdem simulantes in conspe-
 ctum veniant.



Canis galeus piscis dentes habet acutos, & ad latera recuruos, sic & glaucus: infantium
 gingivis, dentitionibusq; multum conferunt vtriusq; piscis dentium cineres: horum
 etiam dentibus gingivas tangi prodest, & è collo suspensæ. Sus, elephas, & hippopota-
 mus exertos habent dentes, eisq; ad auxilium, & robur datos: quibus non decidunt, ex
 Aristotele. Cerebrum illitum gingivis puerorum valet ad faciles deatitiones. Sunt &
 robusti animalium rostri, validorum dentium vice, ad molendum cibum, & defensionem
 dati à Natura. Pici rostro quasvis arbores, & quercus tundunt, ut Græcis dricola-
 phi dicatur, ex Aeliano, pascuntur enim vermibus, & tam vehementer arbores excavât,
 ut eas sternent, perduras amygdalas etiam tertio ictu pertundant, & nucleum erodant
 ex Aristotele: quorum rostrum ad collum suspensum, omnem tollit dentium dolorem.
 Coruini generis aibus prædurum rostrum datum est, ex Aristotele: dentium dolorem
 statim eo alligato abire tradit Plinius. Galli pugnaces, & valido sunt rostro, ut etiam la-
 pillos rumpant: officulo gallinarum si quis gingivas scarificet, proiecto officulo, statim
 dolor abit, ex Plinio, & sic de cæteris.

ALAE



Humanis corporibus vltra illa, quæ sanitatè, morbos, mortemq; spectant, alias quoq;
 herbas afferre suis viribus posse affirmant, ut puta generandi feminis facultatem, sicut
 qui testiculus appellatus est, & magnû ad coitum datum è lacte caprino efficacem esse.
 Assert & satyrium radicem mali magnitudine, fuluam, intus vt oui candidam, vtendû
 ea, quum concubendi incessit cupiditas: si quidem ea prioriores ad Venerem fiunt.
 Aliud est satyrium erythroniû, idest rubrum, cortice radicis gracili, rufo, intus albo:
 non secus atq; scincus libidinem excitat, etiam si manu teneatur, & magis si bibatur ex
 vino. His succedit Serapias peculiari virtute sua, & mirifica Aegyptijs venerandæ Deæ
 Serapidis augustio nomine dictus. A similitudine testiculorum bulbi omnes Venerem
 stimulant, ex Dioscoride, Martialis ad hæc.

Cum sit anus coniux, cum sint tibi mortua membra,

Nil aliud bulbis, quam satur esse potes.

Draunculus maior radice bulbosa donatus, singulari, & rotunda, ut testiculus: in vi-
 no potus Venerem prorit. Idem de minori draunculo dicendum. Gladiolus radice
 geminis constat, bulborum modo alterum super alterû insidente, quarum inferior
 gracilis, superior vberior: superior in vino potâ Venerem stimulare tradidit Dioscori-
 des. Hattula regia bulbosa, multis radicibus testiculos imitantibus constat, quibus Ve-
 nerem excitari sapius diximus, cum vino, aut melle perunctis, aut bibentibus, ex Plinio.
 Idem de croco, alio, capra, ampelopraso, & cæteris dicendum est. Sic & quæ obli-
 o cor-



Sed animalium pulmonibus nostris adiuuabimus: & si omnia animalium membra humanis iuuent, illud præsertim iuuabit, quod magnū, vel quod eo careat, tāquā hoc infine magnitudinis, vel carentiæ nos admonet Natura in eis vires subesse. Chamæleon ti pulmo proportionē maximus, vt nil aliud intrus habeat, vt parum abesse scribat Plinius, quin corpus totum pulmone constaret: cuius lingua, cum radice herbæ chamæleonis, & cynoglossæ, obmutescere facit, ex Kirannide. Testudo quidem pulmōnem & sub toto tegmento habet, ex Plinio: phthisi valet, & hæcticis. Pulmōnem pauca habent æquatilia, vt ranæ careant: Ranæ in cibis laudantur phthisi. Ranunculus viridis ad tussim valet, ex Plinio, squille pulmonibus, & hæcticis: cancri ad idem valent.

PLANTAE IECUR OSTENDENTES, ET ANIMALIA MAGNO IECURE PRADITA, IECURIS PROFUNTI. Cap. XXXVIII.



IECUR QUANTVS Galenus vocat, quasi ficatū, ita vt vulgò *segado* dicatur, quòd ficus similitudinem gerat, quæ Græcis *συστα* dicitur. vnde iecur anseris ficubus saginatum, principalis cibus in conuiujs erat; constat igitur ficus iecur petere.

Iecuraria planta huc spectat, quam in tabella præcedentis capitii præmissimus.

Est inter capnos species, quam cauam radicem Herbarij vocant, siue Plinij bulbosam summa-



HÖHLER LERCHENSPOHN - *Corydalis cava* (L.) SCHWEIGG. et KORTE.



